



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

21 de Peste.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

addixit in præruptum petrae, & iussit præcipitari de summo in præceps, qui vniuersi creperunt, *Paralip. 6. 25.* Hac pœna præcipitit & rupe affixum a Delphis Æsopum Phrygium, auctor Maximus Planudes in *vi. AEsopi, & Plut. de sera numi. viind.* incuram facilegii, falso tamen. Lucretius *libr. 3.* de hac pœna meminit.

*Sed metus in vita pœnarum pro malefactis  
Est insignibus, insignis scelerisq; iuncta,  
Carcer, & horribilis de saxo iactu eorum.*

Eleorum lex de saxo Typœo feminas deiici iussit, quæ ad olympicos ludos penetrasset, quæve Alphæum, diebus quibus erat eis interdictum, omnino transmississent, auctore Paulania in *10. libr. Eliacorum, Lex 12.* tabularum, quoque de falso teste, sic ait, *Falsus testis Turpeo deiicitor.* Vulgareque supplicium fuisse apud Romanos testatur Dionysius Halicarnasæus *lib. 8.* Quo ducti in eminentem in foro tumulum, ibi vasta rupe deiiciebantur: cuius erat altitudo, etiam securæ aspicientibus, horrenda, meminit Seneca *3. de cla. libr. 1.* Cornel. Tacitus *lib. 2. annal.* refert, L. Piturnianum Mathematicum, iuxta fenatuseonf. de Mathematicis magnisque Italia pellendis, saxo deiicentem. Sacilegos sic ex alto deiicidos, tradit Eusebius *lib. 8. de prepara. Euangel. c. Caligula* crudelis nimium, eum qui se periturum gladiatoria arte pro salute sua vouerat cunctantem, puerum tradidit verberatum infulatumpque, qui votum reposcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur exaggere, *Sueton. in Calig. De rupe, Leonice. libr. 2. de vrb. histo. cap. 55.* Typœa Olympiæ deiiciebantur præuicantes in factis certaminibus. Lycas ab Hercule præcipitatus est, quod ei tunicam Nessi sanguine tinctam, venenoque imbutam attulisset, *Onid. in Ibm.* Sicut & diruta Troia Astyanactes Hectoris filius in præceps datus mira immanitate ab Vlysse, *Onid. in Ibm, & 13. Metamor. Senec. in Troiade.* Deiicit & de saxo Capitolii Manlius vigilem, qui in excubiis positus Gallos in Capitolium alcidentes non detexerat, vt auctor Lilius *lib. 5. Decad. 1.* Et Daphidas sophista ab Attalo rege, quem saepe contumeliis absentem lacerat, ex saxo, cui nomen Equus, præcipitatus est, auctore Valerio Maximo *lib. 1. cap. 8.* Modestinus tamen Iurifconsultus tradit, *si dicitur, 25. §. final. de pœn. in P.* non posse aliquem damnari, vt de saxo præcipitetur. Et Constantinus Imperator in *l. de emend. seruo. lib. 9. c. tit. 14.* tetram iustionem & vitam ait, mandatum, vt quis præcipitetur. ¶ Alia pœna submerfionis est, quæ maxima & generalis fuit tempore diluuii. *Genes. 7. 8.* Octauius Cæsar, *Sueton. Tranquil. in Oclauio. c. 67.* pædagogum, ministrofque Caii filii, per occassionem valetudinis mortisque eius superbe auareque in provincia grassantes, oneratos graui pondere ceruicibus præcipitauit in flumen, Traianus omnes delatores nauibus sine velis & remis impositos fluctuum misericordiæ exponi iussit, *Plinius in 2. Panegy. ad Traianum.*

## De Bestiarum obiectione. Cap. 20.

1 Bestiarum obiectio pœna capitalis, & diuina & ciuili.

Alia pœna mortis a Deo aliquando in sacra pagina apposita est, bestiarum ferarumque laniatū necari & deuorari. Eam pœnam pertulit Propheta ille, qui legationis functus Dei ad Hieroboam, non est secutus mandatum Dei, sed bibit & comedit in via legationis contra id, quod interdictum erat: atque idcirco iuxta verbum Domini a leone in itinere occisus est, *3. Reg. 6. 13.* Sic colonix translatae de Assyriorum regno in Samariam, a qua rex Salmanasar expulerat Iudæos, cum illæ non timerent Dominum, a leonibus a Deo immisfis deuorabantur, *4. Reg. 17.* Atque cum maledixisset in nomine Domini Heliens pueris paruis egressis de ciuitate Bethel, per quam viam faciebat, dicentibus, *Ascende calue, ascende calue,* exfilientes de saltu duo vsu lacerauerunt ex ipsis quadraginta duos pueros, *4. Reg. 2.* Deus, cum murmuraret populus in deserto terræ Edem aduersus eum & Moysen, misit in eum ignitos serpentes, qui lethales inferrent plagas, *Numer. ca. 21. canon. quia sancta, §. verum, 63. dist.* Sic in summa Deus minatur populo contumaci pœnam hanc, *Denos bestiarum immittam cum furore seruenium.* *Deuter. 32.* Et per Ezechielem *cap. 5.* inter alias grauisimas pœnas, quas Deus populo rebelli & impio minatur, addit & famem. *Congregabo super vos, & conteram baculum panis, & immittam in vos famem, & bestias pessimas usque ad interuersionem. Et pestilentia & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te: ego Dominus locutus sum.* Et rursum *Ezechiel 35.* ad adulteros & homicidas, *Uino ego,*

quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent. & qui in agro est, bestie tradentur ad deuorandum: qui autem in presidio & in speiuncis sunt, peste morientur. Et dabo terram in solitudinem, & in desertum. Vt cõtra, inter benedictiones obediẽti populo & Deus pollicetur, *Leuitic. 26.* *Auferam malas bestias, & gladius non transibit per vos.* Et rursum, *Cessare faciam bestias pessimas de terra, & qui habitans in deserto, securi dormient in salibus.* *Ezechiel. 34. 1.* Meminit & sacra pagina Darium regem Persarum & Medorum, pœnam aliquando statuisse in Deos alienigenos adorantes, vt bestiis & leonibus lacu nutritis deuorandi obiecerentur, *Daniel. 6. & 14.* Obiecta est deuoranda Hefione monstro marino pistrici, cuius belluæ vt ait Virgilius, *Aeneid.*

*Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo*

*Pube tenui, postrema immans corpore i strix.*

Et Andromede Cephei & Calliopes filia Ceti deuoranda exposita scopulo alligata a Nymphis: eo quod se forma antecellere Nereidas gloriaretur. Liberata a periculo per Perseum, sicut & Hefione per Herculem Alia pœna auibus exponi.

*Quæter in Scythica religatus rupe Prometheus,  
Assiduam nimio pectore panis anem.* *Martia. lib. 1. epig. 7. AE-*  
*schel. in Prometh. lig.*

Iure ciuili damnatio ad bestias etiam recepta erat, *Paul. l. ad bestias. 31. de pœn. in P.* quæ vitam quoque admittit, *si quis filio exheredato, 6. §. irritum, vers. sed & si quis de iniust. rupt. libr. 2. §. P. tit. 3.* *Paul. l. qui ultimo supplicio, 29. de pœn. in P.* Ad bestias damnati, vel vt deuorarentur ab eis, vel in ludum venatorium referuabantur quo ludo ferui pœnæ affecti iuniores, qui robore valebant, damnabantur, *Laut. damnatum, 2. §. quicumque, de pœn. in P.* vt spectaculum populo, cum vitæ suæ discrimine, exhiberent. Suetonius Tranquillus crudelitatem Caligulæ describens, in *Calig. cap. 27.* tradit eum Cæsarem, cum ad faginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos eis annotasse, multosque honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnasse. Equitemque Romanum obiectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxisse: rursumque abscissa lingua induxisse. Subiici dicuntur bestiis etiam, qui laniandi illis præbentur a Modestino. *l. pœna, ad leg. Pomp. de parricid. & Marcello, l. 3. ad leg. Corn. de fals. Græci Macedones alique populi, vsu hac pœna sunt, vt reos damnatos laniandos feris obiecerent, vt & apud Paulaniam libr. 1.* scriptum est, Lyfimachum Macedonem Alexandri Magni fauilem, in eandem caueam cum Leone regis ira obiici iussum: sed cum bestiam a Lyfimacho interentam mox reuandisset, viri perpetua admiratione virtutem profecutum. Scribit Florus *ex Lilio libr. 51.* Scipionem, exemplo patris sui Pauli Emili, qui Macedones vicerat, ludos edidisse, & fugitios & transfugas bestiis ob ecisse. Obiectio bestiarum erat sine pugna, expositio hominis vt laniaretur a bestiis: quod vt aliquando facilius fieret, obieci batur reus ligatus, vel furca suspensus quo pertinet illud Martialis *li. 1. Epigramm. epigram. 7.*

*Nuda calidom ste pectora præbuit vno,*

*Non falsa pendens in cruce Lanæolus.*

quod non fit, cum ad bestias dantur rei, eaque etiam minor pœna & liberorum, quam obiici feris dicitur, minorque vltimo supplicio, ab Vlpiano in *l. quicumque, 8. ad leg. Corn. de fals. in P.* Nam etsi quis venationi vel pugnae ferarum addictus fuisset, & certationis discrimine pœnam luisset, culpæ vacuus & alterius pœnæ erat. Non ita si quis obiectus feris fuisset. Siquidem qui vel aliqua arte, vel fortuna intactus a feris remansisset, alia pœna vita priuatur. Sicuti legitur apud Cornelium Tacitum *libr. 18. Annalium, seu secunda historie,* Maricum quandam e plebe Boriõrum, qui rebellionem Galliarum iuxta Æduos manu parua collecta hominum concitauerat, captum & mox feris obiectum iussu Vitellii, quia non violabatur, & ideo a vulgo stolido inuolabilis credebatur, spectante Vitellio interfectum. Norunt enim Phyci, quædam contra ferarum impetum amuleta, quibus se premunire poterant obiecti. Veluti si citrium malum comedissent: vt refert Athenæus *libr. 3. cap. 5.* experientia certissimum probatum, vel si chalcætho vsorum ora & leonem in arena asperissent: tanta enim ei est vis adstringendi, vt non queant mordere, vt docet Plinius *li. 34. c. 12.*

## De Peste. Cap. 21.

1 Pests & epidemia quid.

2 Pests causa naturalis & diuina.

Ecc

